

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

Nicolaus Ellenbog prior Otthenburensis, Ioanni Reuchlin Phorcensi. LL.  
doctori S. D. P.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

E P I S. I L L V S T. V I R O R V M A D.

Nicolaus Ellenbog prior monasterii Otthenburensis  
Ioanni Reuchlin. LL. doctori. S. D. P.

**R** Edditus est mihi Cratylus una cum libris tuis uir literatissime, quibus aduersa te ualitudine laborare dolenter accepi. Grauaris tu quidem communi literatorum incommodo. Solet enim plerumque peritura eos quae libris sunt dediti molestare, quod ex Marfilio Ficino platonico illo philosopho de triplici uita opusculum haud codemmodum leges scire potuisti. Deus Opt. Max. a quo omnis medela, faciat ut quamprimum sanitati restituaris, ut nedum mihi aliquando proficere possis, uerum etiam totae ecclesiae catholicae. Quanta enim iactura (citra adulationem loquor) imatura tua mors uniuersae ecclesiae allatura sit, nemo ignorat, nisi literarum ignarus. Rursus uero quantum uita comite sacris libris inuigilans proficere possis dici non potest, potissimum tanta eruditione & linguarum pluralitate pollens. Ego sane ut petis pro te dignissime uir orare quam fidelissime ad deum non desista. Tu uero ubi sanitatem receperis, secularibus posthabitis negociis, ad diuinas eruendas scripturas totus incumbas praecor. Audeo enim hoc mihi polliceri, si eiusmodi te armaueris proposito, sanitatem tibi propediem deo largiente reuerfuram. Vale feliciter. Ex Otthenbura. xii. Kalen. Februarias. M. D. X.

Nicolaus Ellenbog prior Otthenburensis, Ioanni  
Reuchlin Phorcensi. LL. doctori. S. D. P.

**F** Vit apud nos Bacchanalibus his diebus ingenuus uir facundissimusque immo alter Vlysses Dieteganus Vuestersteten, cum quo tibi non parua familiaritas est. Qui sane te sanum & incolumem praedicat, quod profecto nuncium mihi gratissimum fuit, te enim optime ualere uoluptati mihi permaxima est. Deus Opt. Max. faciat ut quamlongissime & uita & bona ualitudine utaris, ut cum patriae tum uniuersae Germaniae utilitati & ornamento sis. Sed & literatis studio sisque omnibus ueluti sydus praefulgidum praclarissimos multiuigae doctrinae tuae radios diutissime effundas. Ea enim de te mihi sententia est, ut tam diu scribas & ingenii tui nobilissimas dotes effundas, quam diu uiuis. Nec tantae tuae sint in rebus agendis occupationes, quoniam bonis libris ingenioque studiis semper incubas, & quamplurima posteris monumenta relinques, quibus te post longa et annorum curricula uixisse testeris. Vereque tunc uiuere incipias, ubi uita functus fueris, sisque in ore omnium hominum oculis sublatus. O te feliciter, quae cum honestate famaque praclarissima & rei pe-



IO. REUCHLIN. LIBER PRIMVS

culiaris copia, tñ bonarum scientiarum thesaurum, cum lingua-  
rum interpretatione nactus es. Sūt plane hæc dona summi datoris,  
a quo omne datum optimum & omne donum perfectum est. Facis  
aut tu prudenter & fideliter qui talentum tibi creditum nō abscon-  
dis sed amplissimo cum scœnore reddere studes. Hæc humanissime  
doctissimeq; uir ad te scripsi, nō assentatiōe aliqua duct⁹, sed animi  
oblectandi gratia. Nam uoluptate non modica afficior, siqñ occa-  
sio mihi offerē de te q̄ honorificētissime loquendi. Sed & ad te scri-  
bere aut tuas uicissim legere lras, tā dulce mihi est q̄ qđ dulcissimū,  
nihilq; auidi⁹ desydero q̄ posse aliqñ corā te alloq; & suauissio tuo  
colloqo frui. Rogat te Abbas me⁹ bñmeritus, rogo & ego ut aliqñ  
opportunitate capta ad nos cōcedas. Cæterū inq̄rere iussi mercato-  
res lōge lateq; græcā bibliam, sed hastenus mihi contingere potuit  
nulla. Velim itaq; ut siquam uenalem noueris, literis me certiorē  
reddas. Vale bene uir integerrime, & me tibi de ditissimū scias. Ex  
Othenbura. x. Kal. Martias. Anno. M. D. XII.

Sebastianus Murrho Colūbariēsis Io. Reuchlin Phorcensī. S. D. P.  
**D**Vdū uir p̄statissimē tuū iucūdisimū aspectū, teq; corā uide-  
re desyderabā, mirabarq; cur tāto tpe Ilfatā nō uideres, eaq;  
tua p̄sentia destituet, sed nō ab re id fieri autumabā, iūct⁹. n-  
es & generoso & idustrio p̄icipi, q̄ tua opa doctria ac idustria mul-  
tū eger, iucūdeq; p̄frui. Nunc aut tertio kal. Iulias accepi tuas desy-  
deratissimas lras, q̄bus te doctissimū uirū mei nō solū memorē fui-  
se intelligo, sed studiose q̄ ego ignorauī lucubratiōe diligētissima  
q̄rens indagasti, meq; tandem instruxisti. Qua de re tibi gratias ago  
maxias, meq; tibi totū deuoneo. Moysen quē antiq̄ssimis nō igno-  
tū fuisse, græcis edocuisti, eiusq; diuino ore, plata leges institutaq; a  
latinis tāq; barbariē sapiētia & utpote ueræ religiōis inimicis sp̄reta  
ad te misū uti desyderas, & q̄dem flagrāter, fecissē, si totus apđ me  
interpret⁹ foret, sed quom solū Exodū habeā (ab eo. n. libro cœptū  
initiū est) ob hebrææ linguæ librorū penuriā, librari⁹ aut quōtidia-  
nis negociis ipeditus est, ut huic rei operā dare nō sufficiat. Curabo  
optiē doctor, ut breui Moyses neq; tibi, neq; mihi desit. Partē libri  
tabellario huic oñdi, nō q̄ me fingere putes, sed ut desyderiū tuū in  
Moysen crescere faciā. Quē cū Ilfatā ueneris, tū pro tuis scriptis do-  
ctrimisq; pro Moysē grates cōdignas pro mea uirili exhibebo. Vale